

honorem omnipotentis dei pro remedio eciam animarum patris scilicet mei Riperti et matris mee Kunze, Berlewini quoque senioris et conjugis sue, redditus quosdam, qui dicuntur scrotambacht, omnem videlicet utilitatem, que me ac meos heredes de eodem scrotambacht contingebat, ut quinque pauperes specialiter in eodem hospitali per successiones temporum continue et perpetualiter pro peccatis meis et uxoris mee Hilderune et heredum meorum omnium ex eisdem proventibus sustententur ibidemque procurentur. Sciendum est eciam, quod omnis utilitas, quam sorores mee de ipso scrotambacht percipiunt, ad me et meos heredes post mortem earum reversura erat, quam ad prefatos usus pauperum totaliter assignavi.

Contuli eciam ad idem hospitale quatuor mansos sitos in Schirmana minori cum curia nemoribusque contiguus. Ut igitur hec mea oblatio stabilis et inconvulsa perhenniter perseveret, presens scriptum fidei posterorum dirigendum censui et sigillis meo scilicet et burgensium roboravi. Testes hujus rei sunt: Theodericus et Ripertus fratres mei et filii eorum, Cunradus de Ualkinhain et Tammo de Dobelin generi mei, Rudolfus de Scharffinbere, Vlrucus de Maltiz, Heinricus advocatus de Hagin gener meus, Johannes advocatus et Johannes de Aldinbure cognati mei, Bernhardus de Siesowe et filii sui, Bernhelms de Cozinrode, Heinricus filius Leonis et fratres sui et hii,

potentis dei pro remedio eciam animarum patris scilicet mei Riperti et matris mee Kunze, Berlewini quoque senioris et conjugis sue, redditus quosdam, qui dicuntur scrotambacht, omnem videlicet utilitatem, 5 que me ac meos heredes de eodem scrotambacht contingebat, ut quinque pauperes specialiter in eodem hospitali per successiones temporum continue et perpetualiter pro peccatis meis et uxoris mee Hilderune 10 et heredum meorum omnium ex eisdem proventibus sustententur ibidemque procurentur. Sciendum est eciam, quod omnis utilitas, quam sorores mee de ipso percipiunt scrotambacht, ad me et meos heredes 15 post mortem earum reversa erat, quam ad prefatos usus pauperum totaliter assignavi. De qualibet insuper carrata vini quatuor denarios, quos jure predecessorum meorum usque ad tempus 20 idem receperam, domui eidem devota liberalitate contradidi. Contuli eciam ad idem hospitale quatuor mansos sitos in Schirmana minori cum curia nemoribusque contiguus. Ut igitur hec mea 25 oblatio stabilis et inconvulsa perhenniter perseveret, presens scriptum fidei posterorum dirigendum censui et sigillo^{a)} meo scilicet proprio^{a)} roboravi. Testes hujus rei sunt: Theodericus et Ripertus 30 fratres mei et filii eorum, Cunradus de Ualkinhain, Tammo de Dobelin, Heinricus advocatus de Hagin generi mei, Rudolfus de Scharffinbere, Vlrucus de Maltiz, Johannes advocatus et Johannes de Aldin- 35 bure cognati mei, Bernhardus de Siesowe et filii sui, Bernhelms de Kozinrode, Heinricus filius Leonis et fratres sui et hii, qui

9. a) Der letzte Buchstabe von sigillo und das Wort proprio sind von späterer Hand auf einer Rasur nachgetragen. Ohne Zweifel stand in B zunächst, wie in A, sigillis meo scilicet et burgensium; das Fehlen 40 des Stadtsiegels gab den Anlaß zu der nicht sehr geschickten Emendation des Textes.